



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Democratia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Plurarchi. Quemadmodum plantae & semina in regionibus montuosis ac asperis non ita faciuntur, ut in campis & molliori terra: Sic homines, hominum quoque mores ad regionis habitum immutantur, & molles & fertiles regio molles & ignavos reddit homines. Est autem diciturum Cyri Perfarum Regis, in Regum Imperatorum apoph.

ADAGIA.

Porcellus Acarnanius, xpoiforos Acaevavios. In mollem & amabilem atque in delicijs habitum dicebatur. Musabus, pvs xovvds. Apud Suidam vob xavv, id est, mus malus, apud Diogenianum: in hominem lascivum & libidinis immodice dicebatur. Melitea caecilia, Melitaiou xvivio. Quoad ut in eum qui habetur in delicijs, ac Laurus in orio alit ad Solupratem, non ad vsum. Effertur etiam sic: Meliteus catulus, Lucianus. Medulla terre, pvdos vob xv. Genes. 45. 17. Hebraei medullam terre, prooptima & fertilissima regionis parte, Gen. 47. 9. 6. 11. Vel delicatissimus fructibus, aut totus terra bonis atque delicijs, Gen. 45. 18. proverbia liter vj surpant. Medulla triticis fit mentio, Dent. 32. 14. 1. sal. 81. 15. Oler & musti, Num. 18. 12. Deliciae tritici, vrag xvvg. Plinius meminit huius adagij lib. 18. cap. 8. Columella lib. 3. cap. 6. Suidas eas appellat xadvvov viter. Apud eundem videtur pvdos, medulla mellis de rebus omnium suavissimis intelligitur.

Democratia.

DEFINITIO.

DEMOCRATIA Graeca dictio est, d quaeque est, in principatus populi, vel popularis status, & est, cum ad commodum ege- norum Respublica a popularibus gubernatur, secundum Arist. lib. 4. Polit.

SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

Populi potentia prava non est, Arist. 1.8. Eth. c. 10. Populi potentia transgressio peior est tyrannide & paucorum potentia. Nam peius est, si multi, quam si vnus vel pauci dominan- tur, Ethic. 1.8. c. 1.

In Democratia multa sunt alieno arbitrio facienda, & multitu- do sequenda est, Thucyd. lib. 6. Dominatus popularis est pessimus omnium earum Reipub. for- marum, quibus homines vtuntur, Dion. Halicarn. lib. 6.

Democratiae censura extat apud Xenoph. lib. de Republ. Atheni- ensium, Thucyd. lib. 1. Liv. Decad. 1. lib. 3. & apud Guicciard. hist. lib. 2. 11. or at. Guid. Antonij Vespucij.

Populus civitatis manet idem specie, quamvis quidam morian- tur, B. Thom. de pri. de generat. & corrupt. 1. 5. text. 36.

Popularis status differt a plebeio. Nam popularis ab omnibus probatur: at plebejus ab omnibus rejicitur. Differt enim plebs a populo, quo species a genere. Nam populus ciues vniversos, patri- cios & senatores etiam significat: plebs vero solum plebem, patri- cios & senatores remotis, Franc. Patrie. de Republ. lib. 3. cap. 11.

APOPHTHEGMATA.

Solon dicere solebat, cum principem sibi maximè gloriosum vi- deri, qui Democratiam ex Monarchia civibus faceret. Phavorinus & Stob. serm. 46.

Lycurgus cuidam postulanti, vt in civitate pro Aristocratia, hoc est, optimatum gubernatione, constitueret Democratiam, hoc est, popularem gubernationem: Tu fac, inquit, prius domi tuae Demo- cratiam instituas. Compendio docuit, eam Reipub. speciem non esse vilem civitati, quam nemo vellet esse in sua familia. Civitas autem nihil aliud est, quam magna domus. Plutar. in Lacon. & Stob. serm. 83.

SIMILITUDO.

Aristotelis. Popularis status non solum debilitatur recedendo coeundoque in paucorum potentatum: sed etiam progrediendo nimium atque laxando: non secus atque aquilinus nasus & simus, qui non modo, si remittatur, in mediocritatem redibit, sed & si fiat vehementer aquilinus, vel simus, ita afficietur, vt neque nasus quidem omnino esse videatur, i. Rhetor.

AUTHORES.

Stobaeus serm. 41. ostendit, Democratiam esse necessariam. De populi & paucorum dominatu, Plutarchus. Qui regiam vel popula- rem civitatem primo instituerunt, Polyd. Verg. cap. 22. De populis improbitate, Crimus lib. 10. cap. 3. De vulgi inconstancia & super- stitione, Brunfels. Pandect. lib. 12. Alia huc pertinentia vide apud Ce- lum lib. 25. cap. 13. Alexan. ab. Alexan. cap. 17. turtus, lib. 12. cap. 10.

Vide infra Tit. Respublica,

DEMON.